

ex hoc: Si generatio est univoca, quod aliquid sit commune generanti, & genito. Et hoc concedo, sed non commune ut materia, sed ut forma vel actus in utroque. Cum arguitur post de generatione, & termino, patet responso, quod relatio non est in essentia, sicut forma in materia: sed si persona est ibi relatiua, tunc relatio est in essentia sicut proprietates suppositi est in natura. Est autem in aliquo, ut suppositum, vel ratio suppositi est in natura, nihil infero de esse in, ut forma in materia. Licet quando natura est imperfecta, proprietates individualis aliquo modo informet naturam, sicut dictum fuit in tertio articulo solutionis in prima difficultate.

Sed obijciunt eo modo, (a) quo generatio precedit filium secundum modum intelligenti in quo est? non in essentia ut in Patre, quia ut in ipso est, non habetur per generationem: non ut in filio, quia precedit filium aliquo modo, & est in aliquo, quia non est per se subsistens, quia tunc esset persona, non prima: Igitur secundus persona precederet filium. Respondeo, ita quo est creatio passiva? Et est eadem quoad, imo difficilius, quia hic potest dari quod est in essentia dupliciter, & tanquam in fundamento, & tanquam proprietates persone in natura, in qua est illa persona, & utrumque sine potentialitate essentie. Nec secundus modus est difficilius quam de relatione, quia generatio passiva est proprietates eadem cum filiatione, tantum alio modo grammaticaliter concepta.

Cum tertio arguitur, quod omni potentia activa correspondet potentia passiva, &c. Respondeo, primae potentiae activae non correspondet aliqua potentia passiva, sicut patet de potentia creandi, & hoc loquendo proprie de potentia passiva, ut in quam, vel de qua aliquid proprie produciat. Potentia tamen activae correspondet aliqua passiva, quam ipsi vocant potentiam obiectivam, quae est potentia producibilis: & hoc modo concedo, si Pater est secundus activae, quod Filius est producibilis, sed ex hoc non sequitur aliqua potentia quae materiae, sicut nec sequitur in creatione. Cum ultimo arguitur de igne, dico, quod si ignis generaret de se, & communicaret genito suam formam, ut formalem terminum generationis, non autem esset substantia sua in potentia ad formam ignis generandi, sed ipse ignis esset perfecte productivum: tunc enim non requireret aliquam causam concitantem. Ita est in proposito, primum principium, nec aliud principium in eodem genere principii, nec in alio requirit concitantem secum ad principium. Cum arguitur ad principale per Augustinum 7. de Trinitate cap. 6. Respondeo, quod Augustinus subdit ibidem: Quasi aliud sit ibi essentia, & aliud persona. Similiter concedo, quod non proprie dicitur aliquam personam esse de essentia absolute, sed addendo cum substantia aliquam personam originantem, bene dicitur, quod aliqua persona originata est de substantia illius personae, ita quod haec, *Filius est de essentia divina*, non est ita concedenda, sicut haec, *Filius est de substantia Patris*, quae per

per secundam exprimitur consubstantialitas, & originatio, propter genitivum constructum cum casu prepositionis, per primam autem non notatur aliquid originis.

Ad aliud dicendum, quod licet Augustinus dicat Filium esse Filium substantiae Patris, 15. de Trin. cap. 19. & Doctor quidam dicat illam esse propriam, tamen videtur probabilius, quod quodcumque relatiuum constituitur cum aliquo in tali habitudine casuali, in qua aliquid aatum est terminare illam relationem, ut correlativum, tunc constituitur cum illo praefice, ut cum correlativo. Exemplum, Pater constituitur cum suo correlativo in habitudine generativi, simile in habitudine dativi, majus in habitudine ablativi, secundum communem sermonem: & ideo videtur, quod cum quocumque constituitur tale relatiuum, expulso in tali habitudine casuali, illud notatur esse correlativum huius relativi: non enim dicimus, ille canis est filius hominis, quia est filius, & est hominis ut domini, ita quod ly hominis constituitur cum ly canis, ex vi possessoris, vel possessionis: sed videtur significare, quod constituitur cum ly canis in ratione relativi, ut patris. Ita igitur ista, Filius essentiae videtur accipi essentiae, ut correlativum eius relativi, cum quo constituitur. Et tunc authoritas Augusti, de Trinitate 15. c. 19. debet exponi sicut ipse exponit, *Filius charitatis suae*, id est, Filii sui dilecti. Et tunc ad argumentum istud, cum arguitur, quod ad illam est de essentia, sequitur ista, quod est essentiae. Nego consequentiam, quia consequens notat relationem essentiae, & essentiam, sicut suum correlativum, quod non se intercedens, sed tantum consubstantialitatem in essentia, cum origine notata in illo, quod constituitur cum essentia. Ad ultimum dico, quod de non tantum notat identitatem, sed notat identitatem sui casualis, & hoc in ratione formae, cum distinctione illius, quod additur suo casuali, ut principii originantis, sicut dictum est prius. Ad argumenta in oppositum, ad illud 15. de Trinitate, responsum est. Ad illud contra Maximinum, patet etiam ex dictis. Ad ultimum de Filio in creaturis, quod est de substantia Patris, patet responso ex dictis, in solutione questionis, quia illud de, quod pertinet ad rationem filiationis, non dicit circumstantiam causae materialis, sed magis sufficit, si illud, de quo est Filius, sit ut forma communis Patris, & Filio: & sic non subiectum generationis, sed terminus formalis eiusdem.

## DISTINCTIO SEXTA. QUESTIO UNICA.

Utrum Deus Pater generet Deum Filium voluntate?

Circa istam distinctionem sextam quodro. Utrum Deus Pater, genuit Deum Filium voluntate? Quod sic, Ric. 6. de Trinitate. cap.

372  
 riam excludantur, qua exterius prohibent: remouent enim hæc, eorum, que in determinatione apponuntur quedam, vult dicere, quod quedam pertinentia ad distinctionem potentia active, ut potentia, excludunt impedimentum: ergo potentia actiua sibi secundum eum, excipitur cum omnibus concurrentibus ad possibilitatem propinquam agendi.

Loquendo tunc de potentia, id est de proximo fundamento istius relationis præse sumpto, dico, quod potentia generandi Patris non est relatio, sed aliquid absolutum. Partem negativam probo. Primo quia omnis relatio videtur æque naturaliter respicere suum principium correlatiuum: ergo relatio spirantis suum proprium correlatiuum, scilicet relatio generantis suum: non distinguitur autem in diuini productiones per modum nature, & voluntatis, nisi quia principium, quo producus producit, aliter & aliter se habet ad productionem, & productum: quia hæc naturaliter, hæc libere: ergo non essent tunc dux productiones formaliter distinctæ, per modum nature, & voluntatis. (a) Secundo, quia tunc eadem relatio esset principium sui ipsius, quia in Patre non est nisi unica relatio ad Filium, & illa est per te quo, respectu generationis, quæ scilicet generatio est eadem relatio, licet aliter nominata: ergo, &c. Tertio, quia tunc Paternitas esset simpliciter perfectior Filiatione. Probatio consequentia dupliciter. Primo, quia illud, quo producus producit, si non est euidem rationis, cum producti forma, continet eam virtualiter, & est perfectior ea: ergo si Paternitas est quo Pater agit, & non euidem rationis cum Filiatione, continet Filiationem virtualiter, & est perfectior ea. Secundo, quia Filiatio non dat Filium, quod agat. Nichil enim nec ad intra, nec ad extra producit Filius Filiatione. ergo si Pater Paternitate agit formaliter, Paternitas erit aliquid perfectius Filiatione: Partem affirmatiuam solutionis probo, primo sic: quod est perfectioris in principio productiuo non tollit ab illo rationem principii productiuo: sed si Deus (per impossibile) generaret alium Deum: & ille alius tertium, Deitas poneretur principium productiuum alterius, & non relatio, & tunc Deitas non commutaretur se in identitate numerali, nec communicaret se communicatione adæquata sibi in ratione principii productiuo: quia Deitas posset esse principium alterius communicationis, puta factæ per impossibile, a secundo Deo: ergo cum modo Deitas communicetur in identitate numerali, & communicatione adæquata sibi, ita quod Deitas non potest esse alia communicatio numero euidem rationis cum illa, sequitur, quod multo magis modo poterit absolutum esse principium productiuum, quam tunc poteretur.

Breuius: Si forma communicaretur non eadem numero, nec

a De hoc infra d. 28. q. 1. & quod 4.

adaquata ipsa poneretur principium communicandi: igitur si modo perfectius communicetur ipsa, vel aliquid perfectius erit principium communicandi illi modo.

Exemplum illius est, si calor in igne communicaret se eundem numero, ligno, & communicatione adæquata, ita quod iste calor non posset esse principium alterius calefactionis, non negretur, calore ignis esse principium productiuum caloris in ligno, cum modo de facto ponatur calor esse principium illius, & hoc cum duplici imperfectione opposita duplici perfectioni hic supposita: quia nunc est ibi diuersitas caloris communicati, & communicatio non est adæquata: hic autem esset identitas caloris, & communicatio adæquata: & tamen illa hypothesis posita, lignum calore non posset calefacere: non enim se, quia accipit calorem calefactione, quæ est ab hoc calore, & tunc prius haberet calorem, quam haberet calorem: nec aliud, quia ista calefactio ligni ponitur adæquata illi calori in ratione principii actiui. Ita intelligendum est in proposito, quod illud, quod poneretur esse principium alterius communicationis, si communicatio fieret in diuersitate numerali: & non adæquata, illud idem debet modo poni principium, quando sit communicatio euidem, & adæquata primo principio productiuo.

Secundo, probo idem sic: aliquid absolutum est ratio formalis, qua agens agit. Antecedens probatur est distinctio s. q. 2. prima ratione contra primam opinionem. Probo consequentiam, quia impossibile est agens communicare terminum formalem productionis, nisi agat forma æque perfectior, si agit uniuoce, vel perfectiori, si æquiuoce: in diuini autem nihil est perfectius absoluto, quia absolutum est formaliter infinitum, relatio autem non: ergo, &c.

Huius rationi insular, quod consequentia tantum valet in generatione uniuoce, hæc autem probatur esse æquiuoce: tum ex parte personatum, tum ex productionibus, tum ex ratione differentie specificæ.

Prima via sic. Paternitas, & Filiatio differunt specie, ergo personæ constituta per eas. Antecedens probatur, quia differunt secundum quidditates, & talis est differentia specificæ: tum quia sunt puri actus: differentia autem actus, & formæ est specificæ. Consequentia probatur. Primo, quia non maior distinctio est in principis, quam principiat. Secundo, quia eadem est differentia formalium constituentium, & constitutorum. Tertio, quia eadem est differentia eorum, secundum quæ præcisè aliqua differunt, & ipsorum quæ differunt. Quarto, quia relationes sunt idem essentie diuine sicut personæ: igitur propter istud non negabitur differentia specificæ personarum, sicut nec relationum.

Secunda via de productionibus arguitur sic. In diuini productiones differunt specie: ergo & producta. Antecedens patet, quia in diuini non est productio nisi unica uniuocacionis. Consequentia probatur, tum quia, aliter non esset proportio productionum ad produ-



pate. (a) Unus ergo potestis tantum est unus actus, loquendo hoc de actu tantum, vel illo tantum; unus tamen potest bene esse duplex actus, quorum unus sit de genere actionis, alius de genere qualitatis, sicut intellectus noster pro actione de genere actionis habet eignere Verbum, habet tamen alium actum de genere qualitatis, scilicet illam notitiam gentiam: ita in proposito intellectus divinus habet unum actum correspondentem intellectioni nostrae, quae est qualitas, quo scilicet actu intellectus Patris formaliter intelligit: habet etiam actum correspondentem actui de genere actionis, quo scilicet exprimit verbum. De quarto dico, quod Pater hoc modo gignit Filium volens, quia Pater in primo signo originis intelligit formaliter: & tunc etiam potest habere actum volendi formaliter.

Verum est (b) quicquid est tunc cognitum, gignitio filii non est precognita sua existentia in re. Respondet: essentia est cognita, ergo ipsa potest esse volita, non tantum in se, sed ut communicanda. Itaque volens essentiam tantum, generat Filium; & ita volens non generare ut generare, sed ut est quiddam communicare.

In secundo (c) signo originis gignit Filium, nec tantum vult illam gignitionem volitione sequente illam gignitionem, sed volitione habita in primo signo originis, qua volitione Pater formaliter vult, praeposita aliquo modo intellectione, qua Pater intelligit, non autem gignitione Verbi: sic ergo dico, quod Pater volens generat non tantum voluntate consequente, sed voluntate antecedente.

Quod sic intelligo, (d) quod memoria perfecta est principium producendi Patris, & principium operandi in quantum memoria formaliter intelligit: hoc est, ab ea habet formaliter quo intelligit, aliter non esset memoria perfecta. Non solum autem est principium operandi in se, sed etiam potest extra, se intelligere, sive producere, quia secunditas Patris intellectus non est exhausta usque ad terminum productum. In primo autem instanti Pater habet perfectum intelligere cuiuscumque intelligibilis, & volibilis a se: ergo in illo signo intelligit generationem Filii, & in secundo signo instanti habet terminum productum: Nam & in primo signo, & si nulla persona procederet ab eo, habet intelligere & velle. Et in illo prior intelligit actum dicendi, qui est quasi posterior respectu actus intelligendi, & volendi. Non igitur Pater tantum complacet voluntate in productione Filii, sicut dicebat ille: sed volens procedit a suam generationis Filii, quia Pater quidquid intelligit; per essentiam suam intelligit; & quidquid vult, per essentiam suam vult. Unde licet intelligere Patris procedat velle, velle tamen Patris procedit dicere: ita quod prius Pater est perfectus in se, & beatus per intelligere, & velle, quam ista alteri persona communicet per produ-

a Vide clar. dist. 28. huius. b Addit.

c d. 1. quest. 2. & infra d. 10. ad ult. & quodl. 14.

d Addit.

ductionem, quia quod non convenit ei in primo instanti, quo est Pater, nunquam convenit: eo quod nulla perfectio potest sibi addi productione cuiuscumque personae; quia nulla persona habet nisi a quod est sui communicatum ab illo. Velle igitur nec intelligere praecedit dicere, sed spirare sequitur dicere aliquo modo, sordine originis.

Quantum ad secundum articulum, videtur, quod Pater non producat Filium voluntate, tanquam principio productivo: quia principium productivum unius rationis in divinis, non potest habere duas productiones unius rationis. Nulla enim productio potest esse unius rationis nisi unica, quia adaequata: ergo cum Spiritus sanctus producat per modum voluntatis, ut principii productivi, Filius non sic produceretur. Sed in isto articulo videtur esse difficultas propter verba Augustini, qui videtur tribuere gignitionem voluntati in nobis, ut principium productivo 9. de Trin. c. 7. Verbum amore concipitur, & eod. lib. c. 2. Notitia plucitia digneque amata Verbum est, & 11. de Tr. cap. 3. Voluntasque ipsa quomodo foris corpori obiecta formandum sensum admovebat, formalitque iungebat, sic aciem recordantis animi ad memoriam convertit, & in eod. lib. 4. cap. 4. Voluntas vero illa, quae hac atque illac fert, atque refert aciem formandam, contingitque formam: & dicit multa consilia: ergo vult, quod voluntas habet rationem convertentis aciem ante gignitionem, & revertentis eam in actu. Ita igitur videtur in Trinitate, cuius imago est in anima, quod voluntas habeat ibi aliquam rationem principii respectu productionis, vel gignitionis, vel rationem alicuius superioris, applicationis principium proximum ad actum suum, sicut in nobis. Hoc etiam arguitur in nobis, quia si gignitio nostra esset mere naturalis, nullo modo esset in potestate voluntatis: & ita semper haberemus, nullo modo esset in potestate voluntatis: & ita semper haberemus idem Verbum de eodem obiecto fortius movente intellectu. Quantum ad istum articulum, & si aliquid distinguatur, quod ly voluntate, potest teneri adverbialiter, ut sit sensus, voluntate genuit, id est voluntate genuit: & tunc est vera; aut potest teneri ablativo, & tunc notat causam, & principium elicivum respectu gignitionis, & tunc est falsa. Quidquid sit de ista distinctione, non videtur dicendum: quod Pater Filium genuit voluntate, ita quod voluntas sit principium proximum, vel rationis: Quod non proximum, probatum est, quia principium unius rationis non est nisi principium unius productionis: Quod etiam non remotum, patet, quia sicut voluntas, ut est principium operativum, aliquo modo posterior operatur, quam intellectus: ita, ut est principium productivum, aliquo modo posterior productum, quam intellectus: & ita non erit causa superior, neque prior in productione, quae est proprie intellectus. Propter istas tamen auctoritates Augustini, intelligendum est, quod de genere qualitatis tantum unicus actus gignendi, accipiendo actum pro actione de genere actionis: quia si esset tantum unicus actus iste, & tantum unicus ille, & ille: & iste essent idem, tunc voluntas nostra nullam casualitatem haberet in ratione actus intelligendi, qui est de genere

qualitatis, neque in ratione actus gignendi, qui est de genere actionis. In divinis igitur, cum non sit in Patre nisi unicus actus intelligendi, respectu illius actus, voluntas Patris non habebit aliquam rationem principii, vel causæ. Cum etiam non sit nisi unicus actus dicendi, respectu illius voluntas non habebit rationem principii: quia voluntas sicut operando, ita & procedendo, vel principiendo, sequitur aliquo modo intellectum. Actus igitur dicendi præcedit rationem principiationis voluntatis: possit, tamen voluntas, ut complacens, non ut principians, habere actum respectu illius gignitionis ex hoc, quod voluntas, ut operans in Patre, non præsupponit gignitionem, sed tantummodò intellectum a illa, qui Pater formaliter intelligit. In nobis autem verus sunt auctoritates Augustini, quod voluntas movet actum ad cognoscendum, & tenet eam in cognitione, quia postea prima actus nostro, sive de genere Qualitatis, sive de genere Actionis, postmodum habere alios actus posteriores ex imperio voluntatis: in Patre autem voluntas non ad movet intelligentiam Patris, ut formandam a memoria Patris, quia in Patre non est nisi unica intellectio formaliter, quæ præcedit aliquo modo productionem verbi, neque ad movet memoriam ipsi objecto, ut signatur Verbum.

Contra istud arguitur, quod Augustinus non tantum intelligit in nobis, sed etiam in Deo, quia Augustinus nunquam videtur assignare actum volendi voluntati, (ut est tertia pars imaginis) nisi illum, qui est conjungere parentem cum prole, & hoc modo habet causationem aliquam respectu gignitionis prolis: ergo ista pars, (ut est pars imaginis), nihil representabit in prototypos, nisi voluntas divina habeat aliquo modo se conjungere. Responso, & si frequenter assignet voluntati actum nullum, (ut est pars imaginis,) tamen aliquando sibi assignat alium, videlicet dilectionem, ejusdem objecti, quod est objectum memorie, & intelligentiæ, sicut apparet 15. de Trinitate cap. 20. Unde potest, inquit, sempiterna immutabilis que natura recollit, conspiciat, concipiat: que auctoritas postea est supra d. 3. quæst. ult. ibi scilicet expressit ponit Trinitatem in memoria, intelligentia, & voluntate, ut habeat actum circa objectum idem scilicet veritatem increatam. Similiter lib. 14. cap. 8. ponit Trinitatem in mentem, in quantum veniat sui, intelligit se, & diligit se, utrumque etiam actum tangit final 19. de Trinitate cap. 3. mens, & notitia, qua se movet, & amor quo se, notitiamque suam diligit: & bene concurunt isti duo actus in voluntate nostra: quia ipsa amans objectum, amat etiam notitiam objecti ejusdem, & ex amore objecti movet intelligentiam ad intelligendum illud, copulans ipsam memoriam, de qua ipsa formatur, & tenens eam in tali conjunctione, & per hoc in actuali intellectuone unius objecti. Illorum autem duorum actuum voluntatis in nobis principiorum est ille, qui est dilectio objecti, quia ille est causa quodque dilectionis actus; & actus tamen alius, scilicet dilectio actus, est universalior, quia respectu etiam objecti mali diligimus actum cognoscendum, licet non objectum, sicut dicit Aug. 9.

Trin. Neque enim vitiorum notitia nobis displicet: sed vitia ipsa nobis (a) displicent: distinctio, in temperantiam & hoc est Verbum ejus, placeat mihi diffinire, licet non placeat mihi incontinentia. Voluntas igitur in nobis, (ut est pars imaginis) repræsentat voluntatem in Deo, non quantum ad illum actum copulandi, qui est voluntatis nostræ, sed quantum ad alium actum, in quantum scilicet voluntas nostra est principium producendum actum, circa idem objectum, quod fuit memorie, & intelligentiæ nostræ; quia voluntas in divinis est principium producendum amorem ad æquum essentia divinæ, quæ est objectum primum memorie divinæ, intelligentiæ, & voluntatis: & ille amor productus est Spiritus sanctus, cui correspondet in nobis dilectio producta, quæ dilectio frequenter ab Augustino vocatur voluntas. Sed voluntas proprie in nobis, quæ est potentia, non correspondet Spiritui sancto, sed vi spirativa, quæ est in Patre, & Filio: & hoc secundum illum actum, quod voluntas in nobis est principium producendum amorem objecti intellecti, non autem primo in quantum habet producere amorem notitiæ genitæ; nullo autem modo in quantum est causa superior notitiæ genitæ. Scilicet vis spirativa est principium productus de Spiritum sanctum in divinis, qui est amor essentia divinæ, & etiam amor notitiæ genitæ; licet forte secundum aliquem ordinem: sed non est vis illa spirativa aliquo modo principium productivum notitiæ genitæ, quia & si Pater in primo signo originis sui volens, & in secundo gignat: tamen voluntas Patris non habet rationem principii respectu illius gignitionis Verbi. Sic igitur patet, quo modo Pater volens generat Filium, & tamen non volutate, ut principio formali elicitive generationis. Tamen quantum ad intentionem Augustini de dilectione (b) copulante parentem cum prole, dicit quidam Doctor, quod illa dilectio copulans, (1. quando dilectio actus sentiendi, & est inclinatio facta in potentia per speciem sensibilem. Unde ista quique, quæ ponit ille Doctor, videlicet, objectum sensibile, speciem, inclinationem factam, potentiam sentiendi, & actum sentiendi, probat per unam auctoritatem Aug. 11. de Trin. c. 2. cum enumerat Augustinus quadam ad suum propostum scientiam, in fine sic, Sensum, inquit, detinet oculorum animi intentione. Ecce, ait ille, tertium. Quod enim detinet sensum non est nisi illa excitatio per dictam inclinationem: vocat eam ipsam Aug. secundum eum, intentionem animi causantis, quia per ipsam h. e. sensus animi intentionem ad percipiendum objectum. Sed istud non est ibi ad intentionem Augustini, quia ibidem distinguens ea ab invicem, de intentione dicit, quod tertium solus anima est: igitur secundum eum, illa intentio, quæ erat tertium, non est illa inclinatio, vel excitatio per speciem. Similiter illud tertium attribuitur voluntati illi, de qua dicit inferius, quod voluntas hac, aique illæ refert actum mentis, &c. (c) quod non videtur verum de inclinatione, sed tantummodo de voluntate, & potentia animæ.



Ad argumenta principalia. Ad primum cum dicit Ricardus hoc mihi videtur, &c. non hoc videtur Augustino, quod velle Patris sit formaliter gignere, quia dicit s. de Trin. cap. 14. *quod Spiritus sanctus procedit, quomodo datus, non quomodo natus*; id est, per modum voluntatis liberæ, non per modum naturæ: & ideo oportet exponere Ricard. quod ipse intelligit concomitanter. Ad aliud dico, quod invidia non solum est in subrahendo illa bona, quæ possunt communicari actu voluntatis immediate; sed quæcumque volens potest communicare, & non communicat; Pater autem volens, licet non sicut principio elicitivo, vel productivo, generat ut dictum est: & ideo tenet argumentum Augustini. de invidia. Ad tertium dico, quod nihil est ibi involuntarium, & ideo generatio Filii non est involuntaria, concedo, sed tamen non sequitur ultra: ergo est voluntate, ut principio elicitivo. Multa enim facimus, sive voluntate procedente, sive concomitante, quorum principium immediatum, non est voluntas;

## DISTINCTIO SEPTIMA.

## QUÆSTIO UNICA

Utrum potentia generandi sit aliquid absolutum, vel proprietatis Patris?

**C**irca istam distinctionem septimam quæro: Utrum potentia generandi in Patre sit aliquid absolutum, vel proprietatis Patris? Quod proprietatis Patris, probat. Augustinus s. de Trinitate cap. 6. *to Pater est, quo est ei Filius*: ergo est Pater, quod generat. Probatio consequentiæ, quia generatione est ei Filius: sed Paternitate est Pater, ergo Paternitate generat: vel si Deitate generat; ergo Deitate est Pater.

**R**espondeo. *Neutra consequentia valet, quia ablativus cum verbo significat principium agendi: Cum ablativo nomine, vel concreto significat principium formale concernens: Nunquam autem non oportet idem esse, quo formaliter tales, & quo elicitive agit, licet esse tale, & agere, conveniantur respectu suppositi agentis, nec etiam illud additum est idem, quia ablativus non potest construi cum hoc, & illo uniformiter, propter fallaciam figuræ dictionis. Primo modo, similis terminatio ostendit identitatem conceptus cum hoc, & cum illo, cum sit alius.*

Item per rationem, actus proprius est a propria forma agentis: sed generare est proprius actus Patris: ergo, &c. Probatio majoris, tum quia propria forma dat esse, igitur & agere: tum, quia si forma communis, & effectus communis; quia causa, & effectus correspondent sibi invicem, universalis universali; (a) particularis parti-

culari. *1. Physic. & 5. Metaph. cap. de causa.* Item, medium est ejusdem generis cum extremis: sed supposita, quæ sunt extrema, sunt relativa: igitur ibidem, quo suppositum agit, quod est medium inter ea, est relativum. Item, potentia est ejusdem generis cum actu, ino in divinis sunt idem: sed actus generandi est relatio, vel relativum: ergo & principium erit relatio, vel relativum.

**C**ontra, Damasc. *generatio est opus naturæ*: (a) sed non est opus naturæ; ut generantis, quia natura non generat: ergo est opus naturæ, ut principii generandi. Item Hilarius de Trinitate lib. 5. *Ex virtute naturæ in eandem naturam, natiuitate subsistit Filius.* Item Magister in litera: *Pater non est potens nisi natura*: & loquitur de potentia generandi: ergo.

Hic est opinio talis, quod illud, quod Pater generat, est essentia. (b) Propter hanc rationem, quia generans assimilatur sibi genitum in forma, qua agit: Filius autem assimilatur Patri in essentia, non in proprietate: ergo, &c. Et declaratur ratio, quia sicut in creaturis proprietas individualis non est ratio agendi, sed natura, in qua individua conveniunt: ita in divinis, proprietates personales, quæ correspondent proprietati individuali in creaturis, non erit ratio agendi, vel gignendi.

**C**ontra illud arguitur multipliciter. Primo sic. Omnis forma sufficienter elicitive alicujus actionis, si per se est, per se agit illa actione. Exemplum, si calor est sufficiens causa calefactiva, calor separatus calefaceret. Albedo etiam per se habet disgregare: & ideo cum per se habet esse, ut in Sacramento Altaris, per se habet disgregare: ergo si Deitas sit potentia generativa, & constet, quod sufficiens; sequitur, quod si per se sit Deitas, quod per se generabit: Deitas autem prius est in se aliquo modo, quam intelligatur esse in persona, quia Deitas, ut Deitas, est per se esse: ita quod tres personæ ipsa Deitate per se sunt, non e converso, 7. de Trinitate cap. 4. *Omnia creatura ad se subsistit, quanto magis Deus.* Et infra, *hoc est, Deo esse, quod subsistit*: ergo in illo primo signo naturæ, in quo intelligitur Deitas in se, antequam intelligatur in persona, generabit: & ita Deitas sic considerata distinguatur a genito. Si dicatur, quod Deitas non habet per se esse nisi in persona, & ideo non per se agit, sed persona per se agit. Contra, argumentum probat oppositum, quia si calor habens per se esse participatum, per miraculum esset per se posse operari per se illa operatione, cujus est principium, quo elicitivum in supposito: ergo ipsa divina essentia, quæ est per se esse ex se, non autem per se participat esse, poterit per se esse agens illa operatione, cujus est principium quo elicitivum in supposito: & ita fiat argumentum. Item secundo sic. Productus, & formæ, quæ producens producit, eadem est relatio ad productum. Hoc accipitur a Philosopho *1. Physic. & 5. Metaph. (c)* ubi vult, quod ad idem genus causæ, &

pria-

a Cap. 8. circa fin. b D. Th. 1. p. 2. q. 41. art. 5.

c Arg. 2. Text. 38. &amp; 50. 16X1.2.

principii pertinet, & ad aliter ergo ad idem genus principii pertinent pro lucens, & illud quod producitur productus, & ita si essentia sit, quia Pater generat, habebit essentia relationem realem ad genitum. Hoc est falsum est, ergo, & eadem ratio, forma, inquantum est in qua assimilantur generans, & genitum, non habet unitatem nisi rationis, sicut accipitur a Damasc. *lib. I. c. 8. (a)*, ergo nec unitatem nisi rationis, ergo secundum hoc, non est principium elicivum actionis talis. Item quarto, forma non est principium agendi nisi inquantum agens est in actu per eam: non est autem in actu per ipsam, nisi inquantum est in ipso: non est autem in ipso, nisi ut est *hac*: ergo ut est *hac*, est principium. Item quinto, productio per prius est distinctiva, quam assimilativa: quod patet, quia omnis productio est distinctiva: non autem omnis est assimilativa: ergo forma, quae est principium productionis, prius est principium ejus inquantum forma est distinctiva, quam inquantum est assimilativa, ipsa autem est distinctiva inquantum *hac*, assimilativa inquantum forma: ergo prius est principium productivum inquantum *hac*, quam inquantum forma. Item inflatur contra probationem argumenti positionis, tu n. quia, brutum generans brutum assimilatur ei in specie, & tamen forma specifica bruti non est principium generandi, sed potentia vegetativa: igitur major videtur esse falsa, tum quia in augmentatione carnis calor est principium activum secundum Philosophum *2. de Anima*, & tamen illo generatur caro animata similis generanti in forma vegetativa. Igitur major videtur esse falsa.

Aliter dicitur, *(b)* quod generationis in divinis oportet dare aliquid principium positivum, quia actio est positiva: non sunt autem positiva in divinis personis nisi essentia, & relatio: relatio autem non potest esse principium illius productionis, quia relatio non est principium, nec terminus motus, ex *5. Physicorum*: *(c)* ergo essentia: sed essentia, secundum se considerata, est indeterminata ad plures personas, & ad actiones plurimum personarum: ergo oportet, quod ad hoc, quod ipsa sit principium determinate actionis, quod determinetur, Determinatur autem per relationem, & ideo relatio ponitur principium, non elicivum, sed determinativum. Ad hoc etiam adhibetur confirmatio ex creaturis, ubi eadem forma dat actum primum, & secundum: sed determinatur ad hunc, & illius ex diversis respectibus, quia ad primum determinatur ex respectu ad subiectum, & ad secundum ex respectu ad obiectum.

Contra. Indeterminatio est duplex. Quaedam est potentiae passivae, ut indeterminatio materiae: & quaedam potentiae activae illimitatae ad plures effectus. Exemplum, sicut Sol est indeterminatus ad producendum multa animalia, non quod aliquam formam recipiat, ut agat: sed quia habet virtutem productivam illimitatam: quod autem

a *2. de ans. text. 2.*b *Henrici. quodlib. 3. qu. 3. & in sum. art. 57. qu. 7.*c *Text. 10.*

autem est indeterminatum, indeterminatio materiae oportet, quod recipiat aliquam formam ad hoc, ut agat, quia non est in actu sufficiente ad agendum: sed quod est indeterminatum, indeterminatio potentiae activae, est ex se sufficienter determinatum ad producendum quancumque illorum effectuum, & hoc si passum d. positum sit appropinquatum, ubi requiritur passum, vel ex seipso, ubi non requiritur passum. Probatio, si tale activum esset de se determinatum ad unum effectum, posset de se sufficienter producere illum: sed si est indeterminatum ad hoc, & ad illud, ex tali illimitatione, nulla tollitur perfectio causalitatis ejus respectu talis effectus, sed tantum causalitas additur respectu alterius: igitur ita potest producere istud, & illud, sicut si esset tantum istius: & ita non requiritur aliquid determinans. Ad propositum, essentia divina non est principium indeterminatum indeterminatio materiae: igitur sine determinatione alterius quasi principii activi, erit simpliciter determinatum determinatione, quae requiritur ad agendum, ita quod non requiritur aliquid aliud.

*Unde potest sic formari ratio. (a) Quod est indeterminatum ad plura, indeterminatio potentiae activae ex se, est sufficienter ad quolibet illorum producendum, nec indiget aliquo determinante, vel adjuvante, sed essentia divina tantum habet indeterminationem potentiae activae, alias esset imperfecta: ergo, &c. minor patet ex dictis.*

Confirmatur: quia talis indeterminatio principii activi, licet sit ad disparata, non tamen est ad contradietoria: sed determinate ad alteram partem contradietionis respectu cujuslibet iterum disparatorum. Nulla autem indeterminatio prohibet ex se determinate agere, nisi quae aliquo modo esset ad contradietoria, ut ad agere, & non agere: ergo, &c.

*Hic nota, (b) quod indeterminatum determinatur se ipso, alioquin esset processus in infinitum, quia & illa, quibus determinaretur per alia, & illa alia per alia. Contra: Quod ex se determinatur ad unum oppositorum, est impossibile alteri. Item: Ergo, in quolibet determinatur ad aliud. Respondet, ad contradietoria tener. Ad secundum: In quolibet est determinatum.*

Item secundo, quando aliquid principium activum est indeterminatum ad aliquos duos effectus non ex aequo, sed secundum ordinem naturalem, ex se sufficienter determinatum est ad primum illorum: & posito primo est determinatum ad secundum: essentia autem divina non est indeterminata ad istas duas productiones ex aequo: sed per prius se habet ad generationem: igitur est ex se sufficienter determinata ad utrumque, quia ex se primo ordine originis ad primum, & illa posita, est determinata ad secundum: & ita in nullo signo originis est indeterminata ad utramque quasi tunc eliciendam.

*Item tertio: Potentia generalis signat principium a suis elicivis.*

Tom. I.

A

41



ai a supposito habente istud principium: igitur duplicem relationem connotat. (a) Unam, principii ad actum, aliam connotat actus ad suppositum; quod est dicere: Connotat relationem principii quoad actum, & connotat relationem actus ad principium quoad. Et forte tertio consistat relationem principii quo, ad principium quod: sive sine quo, vel tres relationes, nulla tamen est nisi rationis propter indistinctum extremorum. Prima competit natura principiantis, ut fundamento proximo. Quod ergo dicit Boetius, que ad intra est ratio principii originabilis, verum est respectu personarum originatarum, sed non respectu originacionis; sic actus originandi, nisi secundum rationem tantam.

Item tertio, relatio est ratio, & forma suppositi agentis: igitur si est determinativa principii quo, habebit duplicem rationem principii respectu generationis, unam inquantum est ratio agentis, & aliam inquantum est ratio determinativa principii agendi, & sic ipsa mediabit inter seipsam, & adionem. (b) Item quarto sic, natura ut natura, ponitur principium elicivum istus actionis: ipsa autem, ut natura, non est determinabilis, secundum Damasc. lib. 3. cap. 6. proprietates determinat hypostasies, non naturam ut natura; igitur nihil est determinativum principii quo, ut est principium quo, sed tantum principii agentis. Item quinto, relatio secundum istum Magistrum tantum ratione differt a fundamento: ergo non potest esse principium determinativum ad actum realem, aliquo modo distinctum ab essentia: quia nihil concurret ad rationem alienius principii respectu actionis realis, nisi reale. Item sexto, quod dicitur de relatione determinativa in creaturis, videtur esse falsum, quia calor ex se, non per aliquem respectum medium, est fundamentum hujus respectus potentie calefactivae. Non oportet etiam, quod determinatio ad actum primum, & secundum, fiat per respectus, quia eadem forma absoluta dat actum primum absolutum, & secundum, & non respectivum: & etiam principium agendi est absolutum, & non respectivum.

Ad questionem igitur respondeo, distinguendo de potentia: (c) uno modo dicitur potentia Logica, que dicit modum compositionis factae ab intellectu, & ista notat non repugnantiam extremorum, de qua dicit Philosophus 5. Met. cap. de potentia: Illud est possibile, cuius contrarium non est de necessitate verum: & si hoc modo quaeratur de potentia generandi in divinis, dico, quod ipsa est possibilis, comparando generationem ad quemcumque actum non repugnantem generationi: & tunc possibilitas est Patris, vel Dei ad hoc predicatum, quod est generare; quia isti termini non repugnant; impossibilitas autem est, quod Filius, vel Spiritus Sanctus generet: quia isti termini repugnant. (e) Et si quaeritur, quid est potentia generandi in divinis isto modo? Respondeo, non oportet dare aliquod principium, quo

- a Addit. b Idem lib. 1. c. 16.  
c Text. c. 17. d Text. c. 17.  
e Potentia Logica quid? De quo suprad. p. 29. q. 3.

quo aliquis sit potens generare: sufficit enim sola non repugnantia terminorum, sicut si ante mundi creationem, mundus non solum non fuisset: sed per impossibile Deus non fuisset, & incepisset a se esse, & tunc fuisset potens creare mundum, si fuisset intellectus aliquis ante mundi creationem componens: hanc, mundus erit: hac fuisset possibilis, quia termini non repugnant. Non tamen propter aliquod principium in se possibile, nec propter actum sibi correspondens. Nec etiam modo illa: mundus erit, fuit possibilis formaliter, loquendo de potentia Dei, sed potentia, que erat non repugnantia istorum terminorum, quia isti termini non repugnant: licet istam non repugnantiam concomitetur potentia activa respectu hujus possibilis. Alio modo dicitur potentia divisa contra actum, ista non est in Deo: relinquatur igitur potentia realis, que dicitur principium agendi, vel patendi, ut proximum fundamentum relationum: quia hoc nomen potentia, non est abstractum ultimata abstractione: sed est concretum concrezione ad fundamentum, licet non concrezione ad subiectum, de qua multiplici abstractione in relativis, dictum est supra dist. 5. quest. 1. ar. 2. Hic autem tantummodo quaeritur de potentia agendi, & tunc distinguitur, quod hoc nomen potentia potest sumi, vel pro eo, quod per se significat, vel pro eo, quod connotat, quod est proximum fundamentum talis relationis. Primo modo accipiendo dico, quod potentia significat relationem, sicut potentialitas, vel principium, & hoc modo questio non habet difficultatem, quia potentia generandi in divinis dicit essentialiter relationem. Secundo modo est difficultas questionis, quaerendo quid sit illud absolutum, quod est fundamentum proximum istus relationis: & tunc loquendo semper precise de potentia activa, sive productiva, de qua est modo sermo; distinguo ulterius de potentia deominative sumpta, quod aliquando sumitur pro suo fundamento precise: aliquando autem pro ipso cum omnibus aliis, que concurrunt ad hoc, ut possit elicere actum, que scilicet requiruntur ad rationem potentie propinque: cuiusmodi sunt (in creaturis) approximatio passiva, & impedimenti remotio. Ista distinctio ultima, potentie accepte pro fundamento precise, vel pro ipso cum aliis omnibus concurrentibus, accipitur a Philosopho 9. Metaph. (a) distinctio autem potentie active, quam ponit 5. & 9. Metaph. est potentie active primo modo sumptae, & potentiam autem secundo modo sumptam exprimit ipse manifeste 9. Metaph. 4.

Quoniam, inquit, aliquid possibile, & quando, & quomodo, & quocumque alia necesse est adesse in distinctione; & subdit, tales potentias, scilicet irrationales necesse est, ut possint quando passivum. & activum appropinquatur hoc quidem facere, illud vero pati. Et si obicitur contra eum, quod istae irrationales possint impediri: hoc excludendo dicit, nullo namque exteriorum prohibente adjungere nihil ad hoc oportet. Potentiam enim habet, ut est potentia faciendi: est autem non omnino, sed habentiam aliquo modo, in

cap. 17. post à lia tractata de productione personarum dicit ultimo. *Valis super his, que superius iam diximus, audire verbum abbreuiatum? ingenium velle habere de se sibi conformem, atque condignum, idem mihi videtur, quod gignere Filium, & iam geminum, quam ingenium velle habere conlilectum, idem videtur, quod producere Spiritum sanctum.* Sed si Patrum velle habere conformem est gignere: ergo sicut voluntas vult habere conformem, ita voluntas gignit. Et eadem auctoritate arguitur aliter sic. Eodem modo concedit, quod *velle* Patris se habet ad *gignere*, sicut *velle*, ut est Patris, & Filii, se habet ad *spirare*: nunc autem Spiritus sanctus spirat voluntate formaliter, ut est Patris, & Filii: ergo, &c. Item Augustinus contra Maximinum lib. 3. cap. 1. & ponitur distinct. 30. *Pater si non genuit sibi Filium aequalem, aut non voluit, aut non potuit: si non voluit. Igitur invidus fuit.* Ex hoc sic, invidia non pertinet nisi ad illa, que voluntate subtrahantur, & voluntate possunt communicari, sicut non sum invidus, si non facio re sapientem, quia non possunt facere sapientiam in anima tua. Igitur Pater voluntate generat Filium sibi aequalem, quia secundum auctoritatem prædictam, esse videtur, si non generaret Filium aequalem. Item s. Metaph. cap. de Necessitate, *omne involuntarium est triste, sed nihil est triste à divinis: ergo nihil involuntarium: ergo Filius voluntate generatur.* Item verbum est amor: pater, & est productus, quia nihil nisi natum secundum Hilariem, habet Filius: principium autem amoris producti est voluntas: igitur, &c. Si dicatur quod concomitantur est amor, quia primo est notitia producta. Contra, quia idem est principium respectu primi termini formalis, & consequensque concomitantis illam terminum. Contra. Damas. lib. 1. cap. 8. *Generatio est opus naturæ, & Magister in literis, & est August. ad Orosium. Præscientiam voluntas non potest, ergo cum Filius sit scientia, vel sapientia Patris, non generatur voluntate.*

In ista questione videtur esse duæ difficultates. Una, qualiter Pater generat Filium volens. Alia, quomodo salvetur, quod Pater non generat Filium voluntate, ut principio productivo.

Quantum ad primum dicitur, quod non generat volens, sed tantum necessitate naturali, sicut ignis calefacit, licet actu generandi, quasi iam posito, (a) voluntas Patris quasi complacet in illo. Hoc arguitur sic. Intellectio Patris præcedit aliquo modo volitionem Patris, sed intellectio Patris ut Patris, videtur esse gignitio Verbi, vel Filii: ergo gignitio Filii, ut Filii, præcedit quantumque volitionem Patris. Prima propositio est evidens ex s. de Trin. cap. 27. Proba secundam, (b) quia eisdem potentia non sunt duo actus, quia potentia distinguitur per actum s. de Anima: gignere autem Filium, sive, dicere Verbum, quod idem est in Deo, est potentia intellectiva, & intelligere similiter: ergo dicere est formaliter aliquid in-

a Op. Hen. in sum. ar. 58. q. 2. Goffr. quodl. 3. q. 4.

b Tex. 13.

teligere, & non nisi Patris, ut Patris: ergo intellectio Patris, ut Patris, est gignitio. Ita ratio innuitur minori falsa, scilicet de identitate intelligere, & gignere, vel dicere: & ex ipsa sequitur conclusio falsa, scilicet, quod Pater non proprie volens dicit. Primo ergo ostendo falsitatem minoris. Secundo, quod illud consequens falsum sequatur. Tertio, respondendo ad probationem minoris falsæ. Quarto, quomodo debeat vitari illud consequens falsum, & oppositum teneri, quod est principale in isto articulo. De primo contra istam opinionem de identitate intelligere, & dicere arguo sic. *Intelligere est perfectio simpliciter: dicere non: ergo non sunt idem formaliter.* Probatio primæ. Pater quantum ad intellectum est formaliter beatus intellectu, & quantum ad voluntatem volitione: non est autem beatus nisi perfectione simpliciter: ergo intelligere est perfectio simpliciter. Probatio secundæ, quia si dicere esset perfectio simpliciter, tunc Filius, & Spiritus sanctus non essent simpliciter perfecti, quia non dicunt, accipiendum hoc modo dicere, quod est exprimere Verbum. Secundo sic, quia sicut in creaturis ratio actionis & ratio factionis formaliter distinguuntur, quia actio est ultimus terminus, factionis autem est ultimus productus per ipsam factionem: ita in divinis operatio qua formaliter Pater operatur, ut videtur (a) distinguitur a productione, qua formaliter producit: & hoc videtur, quia operatio habet obiectum quasi præsuppositum: productio autem habet terminum productum per ipsam: ergo intelligere, quod est operatio Patris, non est formaliter dicere, quod est productio Filii à Patre. De secundo, quod est confirmatio primi, scilicet, quod illud consequens falsum habetur ex illa falsa minori, arguo sic. Sicut in intellectu nostro habentur naturaliter primam intellectionem, que non est in potestate nostra, potest postea voluntas nostra complacere in illa intellectione iam posita: sed proprie loquendo non elicimus illam actionem volentes, sed eam elicimus volumus esse: ita sequeretur, si formaliter dicere esset intelligere, quod Pater non gigneret formaliter volens, licet Pater ipsa gignitio quasi aliquo modo posterius complaceret. De tertio ad argumentum illud de distinctione potentiarum per actus: dici posset, quod illud verum est de actibus adæquatis, & aliter non, quia potentia illimitata eadem manens, potest habere plures actus. Aliter dicit quidam Doctor, quod intellectus, ut intellectus, habet illum actum, (b) qui est intelligere. Secundo autem habet istum actum, qui est dicere, secundum quod iam factus est in actu per intelligere, sed illud est improbatum distinct. 2. ubi argutum est, (c) quod ille actus intelligendi primus non est ratio formalis gignendi Verbum. Aliter respondeo sic, quod actio in creaturis uno modo accipitur pro actione de genere actionis, alio modo pro actu secundo, qui est qualitas absoluta: sicut expostum est prius distinct. 3. qu. ult. in responsione ad tertium argumentum principi-

a 9. Met. & 6. Ethic. Perfectio simplex quid sit.

b Op. D. Th. 1. q. 34. ar. 1. c. Henr. quodl. 2. q. 6. 2. q. 4. 11. 23.



ta; tum secundo, quia productiones sunt ejusdem rationis cum productis. Tum tertio, quia potentia alterius rationis requiritur obiecta alterius rationis: ergo si producerent sua obiecta, producerent ea alterius rationis: ergo sicut intellectus, & voluntas præsupponunt bonum; & verum formaliter distincta, ita producerent terminos formaliter distinctos; vel erunt quibus termini sic distincti producuntur. Tertio via de differentia specifica arguitur sic: Differentia specifica videtur esse perfectior, quam differentia numeralis: quod probatur, quia distinctio specierum est de perfectione universi, non autem distinctio individuiorum: ergo differentia specifica, sicut perfectior, videtur esse ponenda in divinis.

Ad ita: sive generatio ponatur æquivoca, sive univoca ratio non infrigitur, quia in æquivoca generatione oportet principium productivum esse perfectius forma terminante: nihil autem in Deo est perfectius absoluto, & specialiter nulla ratio perfectior: absurdissimum enim videtur dicere, quod relatio contineat virtualiter essentiam divinam. Conclusio tamen, ad quam inducitur ista ratio, scilicet de generatione æquivoca, videtur esse falsa: quia cum in primo termino generationis, scilicet in ipso producto concurrat duo, scilicet natura, & relatio propria ipsius producti, quæ est *hæc*, aut generatio dicitur æquivoca, vel univoca a termino formali generationis, aut a formali proprio ipsi supposito producto. Si primo modo, cum natura, quæ est terminus formalis hujus productionis, sit eadem in producente, & producto, sequitur univocatio, quia periculisissima similitudo: Si secundo modo, ergo nulla generatio est univoca; quia nullum genus in sua forma individuali assimilatur generanti. Hoc etiam arguitur aliquo modo, & est idem quasi, quia generatio, & est distinctiva, & est assimilativa. Perfectior autem ratio in ea est, quod sit assimilativa, quam distinctiva, quod apparet, quia sic est a forma sub ratione forme, non sub ratione quæ *hæc*: & ratio totius est perfectior in supposito ista differentia individuali: Si enim perfectius est in generatione ipsam esse assimilativam: sequendum hoc generatio dicitur esse univoca, vel æquivoca: si enim diceretur talis, vel talis, in quantum est distinctiva, qualibet esset æquivoca, quia qualibet distinguit: & hæc est imperfectior ratio in generatione, quia convenit imperfectissimæ generationi: ergo per hæc non distinguitur univoca ab æquivoca. Ergo ad propositum, cum generatio sit assimilativa, quatenus eadem natura communicatur; distinctiva, quatenus est generis distincti a generante distinctio: sequitur, quod generaturam generantis, & generi sit univocatio, & non patet distinctionem eorum, scilicet generantis, & generi. Tertio applicatur ad propositum, quia si illæ duæ differentie individuales, quæ sunt primo diversæ, constituantur producta non primo diversæ, sed inter quæ est generatio univoca propter similitudinem in natura: si illæ differentie individuales essent species alterius generis, adhuc non constituerent distincta tanta distinctione, quanta esse eorum in suo genere; quia hæc differentie individuales constituerent primo diversæ: quod autem

con-

constituta modo non sunt primo diversæ, hoc est propter naturam, in qua natura individua conveniunt; ita etiam tunc convenirent in eadem natura, licet differentia constituentes essent species alterius generis: igitur tunc constituta essent ejusdem speciei; sicut modo.

Ad argumenta igitur in oppositum. Ad primum dicendum, quod non est ibi proprie genus, nec species, nec differentia specifica; sed bene concedo, quod Paternitas, & Filiatio sunt relationes quasi alterius speciei, & alterius rationis, quia sunt oppositæ, & non fundantur supra unitatem immediate, sicut similitudo, vel æqualitas, magis etiam distinguit Paternitas a filiatione, quam Paternitas a Paternitate: sed cum infers, ergo constituta sunt alterius rationis quasi specificæ: nego consequentiam. Et propter probationem consequentiam, notandum est, quod aliqua dicitur aliquando magis distingui propter eorum minorem convenientiam in aliquo genere; aliqua propter majorem repugnantiam, vel incompossibilitatem eorum. Sicut contraria magis dicuntur distingui, ut album, & nigrum, quam disparata, ut homo, & albus: sed hoc modo non est proprie distinctum aliqua magis distingui. Plus enim proprie distinguntur, quæ minus conveniunt in aliquo genere: & ita distincta genere generalissimo, plus distinguntur, quam contraria, quæ sunt ejusdem generis, licet contraria magis repugnent. Unde universaliter quanta est distinctio, id est, repugnantia constituentium, vel formaliter distinguentium; tanta est, & constitutorum: quia si albedo, & nigredo sunt impossibilia, & constituta per ea sunt impossibilia, & ita est in proposito. Quanta enim est impossibilitas Paternitatis, & Filiationis, propter quam Paternitas non est Filiatio, tanta est Patris, & Filii, ita quod Pater non est Filius. Sed primo modo accipiendum, nunquam distinguentia conveniunt tantum, quantum conveniunt, quæ per illa distinguntur, sicut patet per omnia distinguentia discurrendo. Differentie enim specificæ non includunt genus, in quo conveniunt: species autem distinctæ per eas, includunt genus, in quo conveniunt: & ratio est, quia distinguentia aliquo præsupponunt in ipsis distinctis, quod ipsa distinguentia non includunt in suo intellectu; distincta tamen per ea includunt illud, id est distincta conveniunt in illo, distinguentia autem ea non conveniunt in illo.

Unde dicitur Commentarius 1. Phyl. Commento 52. quod aliqua sunt contraria secundum formam, non autem secundum subiectum: ut singularia, quæ in subiecto conveniunt, idem enim subiectum subest a rique.

Et per hoc patet ad argumenta, & ad probationes: Cum dicitur de principiis, & principiatibus, dico, quod major distinctio, id est, major non convenientia, hoc est in paucioribus convenientia, potest esse principiorum, quam principiatorum: sicut differentie specificæ, quæ sunt principia specierum, non conveniunt in genere, in quo conveniunt ipsæ species: & ita etiam est de differentis individualibus, & individuis respectu naturæ specificæ. Per idem patet ad illud de formalibus constitutivis, & de præcis distinctivis. In omnibus enim est

falsam, quod quinta est distinctio, vel differentia formalium constitutum, tanta fit differentia constitutorum. Sed adhuc pondero argumentum, quia illae relationes in proposito, sunt subsistentes: igitur tantam differentiam habent inquantum subsistentes, quantum habent in rationibus propriis subsistentes autem sunt personae; igitur tantam differentiam habent personae, quantum habent relationes. Praeterea, aliqua differentia formalis differunt personae: & non nisi differentia illa, quae est relationum, quia nullam aliam habent, quam istam, quae est relationum; illa autem, quae est relationum, est specifica; ergo illa est specifica, vel nulla. Ad ista respondeo. Ad primum, quod licet relationes sint subsistentes; tamen, personae non tantum includunt relationes, sed ipsam naturam, in qua subsistunt: relationes autem non includunt formaliter ipsam naturam: in aliquo igitur formaliter conveniunt personae, in quo non conveniunt relationes formaliter, & ideo hic non est tertia distinctio sicut ibi. Ad secundum dico, quod non sequitur, illis praecise personae distinguuntur, & ista distinguuntur specie; ergo personae distinguuntur specie, sicut nec de differentis individualibus respectu individuum. Et cum dicitur; tunc nulla erit differentia distinctorum, cum non sit illorum illa, quae est distinctivorum, nec aliqua alia per illa; Dico, quod per ista potest esse distinctio distinctivorum, & aliqua alia, quam sit illa distinctivorum, vel distinguendum, & minor, sicut per differentias individuales est aliqua distinctio ipsorum individuum alia, quam ipsarum differentiarum: quia differentiae sunt primo diversa, sed distincta non sunt primo diversa, sed tantum sunt distincta numero in eadem specie. Ita hic in proposito, per relationes distinctas in specie, vel quasi genere, quibus tamen in quantum sunt distinctae, accide distinguuntur, possunt alia distinguuntur personaliter tantum, in eadem specie, sive in eadem natura. Ad secundum viam de productionibus nego consequentiam, quia hic ex perfectione ipsius naturae, possunt esse aliqua principia propria alterius rationis, communicata tamen ipsius essentiae, quod non contingit in aliqua natura imperfecta, & propter distinctionem ipsorum principiorum formalium, possunt esse productiones alterius rationis, & tamen producta unius rationis, propter unitatem termini formalis, scilicet naturae, quae communicatur. Cum probatur illa consequentia prima per proportionem, dico, quod proportio illa productionis ad terminum formalem est, quod per ipsam communicatur terminus formalis: sed non requiritur talis proportio, quod productio sit unius rationis, si terminus formalis sit unius rationis; quia productiones possunt distinguuntur per rationes suas formales aliter, quam ex terminis formalibus, sicut hic ex principia formalibus. Exemplum huius est, quia quaedamque forma eadem potest acquiri mutationibus alterius rationis, sicut idem ubi, per motum localem super magnitudinem rectam, & circulaem: qui motus ita sunt alterius rationis, quod non sunt comparabiles secundum Philosoph. 7. Physic. Ita esset, si eadem sanitas posset induci immediate ab arte, & immediate a natura. Cum probatur illa consequentia,

tia, (a) secundo per hoc, quod productiones sunt ejusdem rationis cum productis. Dico, quod quoad hoc sunt ejusdem rationis, quia si productiones sunt relationes, ita producta sunt relativa; sed producta sunt subsistentia in aliqua una natura, & productiones formaliter non sunt supposita subsistentia in illa natura: ideo producta possunt habere unitatem aliquam in natura formaliter communicata eis per productiones, quam non habent formaliter productiones.

Cum arguitur tertio de potentiarum distinctione, & obectorum distinctorum, quod similis est distinctio obectorum ad potentias; patet responsio distinctio 2. par. 2. quest. 4. utrum in divinis sint tantum duae productiones, &c. (b) De tertia via, scilicet de perfectione differentiae specificae, dico, quod differentia specifica non est perfectior identitate specifica in divinis, sed in creaturis est perfectioris. Posita enim limitatio creaturarum, non potest esse tota perfectio in creaturis absque distinctione specifica: sed si in aliqua una natura esset perfectio infinita, ibi distinctio specifica non requireretur ad perfectionem simpliciter: in creaturis igitur differentia specifica est perfectio supplet imperfectiorem. In divinis autem, ubi una natura est simpliciter perfecta, non oportet ponere ad talem perfectionem supplementem imperfectiorem, quia nulla est ibi imperfectio, quae suppletur. Exemplum, generatio in creaturis est perfectior generacione non possent conservari, nec idem numeraliter, nec idem specie: in divinis autem non oportet (c) ponere talem perfectionem supplementem imperfectiorem aliquam, quae sit ibi, nec in aliquo aeterno.

Ad primum autem questionem, quae quaeritur de potentia generandi, (d) an sit aliquid obiectivum. Respondeo: Quodvis enim constructivum cum potentia, notat actum ut egredientem ab eadem supposito, cui attribuitur potentia, similiter est de scientia, & voluntate: quando constructivum cum gerundivo, notat actum ut egredientem, vel potentem egredi ab illo supposito, cui attribuitur scientia, vel voluntas. Propter quod non ita concederetur illa, Filius habet scientiam, vel voluntatem generandi: quod modo concederetur illa, Filius scit generationem Patris, vel vult eam: imo videtur illa neganda, sicut iste, Filius scit generare, & vult generare, quia idem videtur velle agere, & habere voluntatem agendi. Sed non idem ista videtur esse, velle actionem, quia haec non includit eam velle, ut actionem voluntatis, quod alia videtur significare.

Ad argumentum primo ad principia primo ad Augustinum, dico, quod intelligit eo formaliter, non eo fundamentaliter, seu casualiter. Exemplum, dicitur, quod Sortes est similis similitudine formaliter, sed dicitur similis abedine fundamentaliter, seu casualiter. Ita in proposito, Pater generat, generatione formaliter; sed hoc modo non quaeritur

a. Text. 21. &amp; ind.

b. Vide sup. d. 2. p. 2. q. 4.

c. Vide inquit Aug. 2. de An. c. 34. d. Addit.



mus hic, quo generat; sed quartus hic, quo generatio elicetur, ut principio formali elicivo, quod scilicet sit fundamentum proximum illius relationis. Intendit igitur Aug. quod eo est Pater, quo est ei Filius, id est, illa notione, hoc est, quod Pater non dicitur ad se Pater, sed ad Filium; non autem intelligit ibi, quo Pater sit Pater, sive generet ut principio elicivo generationis, sicut patet ibi ex littera sua. Ad secundum dico, quod dupli-<sup>3</sup> potest intelligi communicabilitas formæ, una, quæ est universalis, quæ est per identitatem ad multa inferiora, quorum quodlibet est ipsum; sicut universale communicatur singularibus; alia, quæ est ad multa, quorum quodlibet est ipso, sicut forma communicatur materiæ. sed non est ipsum, sicut dicitur est de duplici communicatione formæ d. 2. q. 4. Tunc dico, quod a forma communi primo modo est operatio communis: quia si formam aliquam in universali acceptam, consequatur aliqua operatio in universali, quamlibet formam singularem sub illa consequitur operatio singularis ejusdem rationis, nisi aliqua forma singularis sit imperfecta. Si autem loquamur de secunda communitate, quæ est formæ respectu participantium ipsam, dico, quod non oportet, quod forma communis sit principium operantis communis, & maxime quando habetur a pluribus suppositis secundum ordinem, ita quod uni communicatur ab alio, & hoc communicatione adæquata: sicut fuit declaratum in exemplo adducto in prima ratione ad partem affirmativam questionis. Ad propositum dico, quod major est falsa, operatio propria est a forma propria, loquendo de appropriatione secundo modo, qualis est appropriatio ista, vel saltem non alia potest intelligi in proposito. Et cum probatur prima propositio primo; quia propria forma dicitur esse: ergo ad agere. Nego consequentiam: multa enim sunt formæ dantes esse, quæ non sunt activæ, & ita nullo modo dant actum secundum: & talis est Paternitas sicut, & Filio. Quæ autem sit ratio quare quædam formæ sunt activæ, & quedam non, difficile est assignare rationem communem: quia aliquæ formæ substantiales sunt activæ, aliquæ autem formæ substantiales non sunt activæ: & aliquæ qualitates non sunt activæ, & tamen plus convenient qualitates, & qualitates in aliquo conceptu communi, quam qualitates, & substantiæ. Similiter aliquæ formæ substantiales imperfectiores sunt activæ, sicut elementares, & perfectiores non sunt activæ, sicut mixtorum, sicut forma lapidis, & aliorum inanimatorum: aliquæ etiam mixtorum perfectiorum sunt communicativæ sicut animatorum, & aliquæ tamen perfectiores non sunt communicativæ sui, sicut formæ corporum celestium, & formæ Angelicæ. Non igitur videtur ratio, quare aliquæ formæ in communi sunt activæ, & aliquæ non: sicut in speciali non videtur aliqua ratio, quare calor est calefactivus, nisi quia calor est calor: & ita videtur, quod hæc sit immediata, calor est calor effectivus; ita etiam videtur, quod omnes formæ de genere quantitatis, & omnes relationes, de quibus est modo sermo, non sunt activæ, & ad omnes talibus non valet: si dant actum primum; ergo & secundum.

am. Cum probatur secundo consequentia per Philo. 2. *Physicorum*, & 5. *Mitayh*. dico, quod loquitur de universalis, & particulari, loquendo primo modo de communi; non autem accipiendo secundo modo, scilicet prout eadem forma numero est communis participantibus eam. Illa enim communitas non est in creaturis, sed communitas universalis ad participantia sine communitate universalis primo modo dicta. Ad tertium, cum arguitur de medio, & extremis, dico, quod quoddam est medium per participacionem utriusque extremi sicut fuscum, quod est medium inter album, & nigrum, quod est medium ex natura rei, & de tali verum est, quod est in eodem genere cum extremis, sicut probat Philosophus 10. *Metaphys.* Alium est medium aliquo alio modo accidentaliter sumptum, sicut operatio inter operans & terminum; istud non oportet esse ejusdem generis cum extremis: quia quando anima intelligit se, intellectio ejus est qualitas, & tamen operans, & objectum sunt substantiæ. Tale autem medium accipitur in proposito, videlicet ipsum quo inter suppositum generans, & generatum. Vel potest dici, quod ipsum quo, non est medium proprie, sed tenet se ex parte alterius extremi, scilicet generantis: proprium autem medium (si quod datur) potest dici generatio, & de illa verum est, quod est ejusdem rationis cum extremis: quia ipsa est relatio, sicut extrema sunt relativa. Ad quartum de potentia, & actu; dico, quod aequivoce de potentia: vera est enim major, ut potentia est differentia entis condidens ens contra actum: quia sic ens in communi non tantum dividitur per actum, & potentiam sed etiam quodcumque genus entis, & quæcumque species, & individuum: quia sic eadem albedo est in potentia, & posita in actu. Et hoc modo ad idem genus pertinent actus, & potentia. Hoc modo proprie loquendo non est potentia generandi in divinis, proprie, scilicet quæ opponatur actui, quia illa generatio est simpliciter in actu, & necessaria: & ideo non est in potentia, ut potentia repugnat actui: sed hic est sermo de potentia, ut est principium: & hoc modo ista propositio est falsa, quæ dicit quod potentia est ejusdem generis cum actu. Potest enim forma substantialis esse principium actionis de genere actionis, & actionis de genere Qualitatis, sicut tactum est supra *dist.* 3. q. de notitia genita, quod subiectum est per se causa propria passionis.

Quia (a) autem aliqua argumenta contra primam opinionem sunt contra me. Respondeo ad illa. Ad primum dico, quod illa propositio major, habet hic majorem probabilitatem quam in creaturis: quia ista forma sic per se est, quod illi correspondet proprium quod, potens agere, puta hic Deus, qui quodammodo præcedit relationes, & sic agit. Patet, quia sic primo intelligit, & vult. Igitur videtur quod posset in omnem actionem, cuius sumum quo est proprium principium formale, & ita hic Deus generat primo, & ideo illa maior de principio elicivo falsa est, quando principium elicivum, si per se exillat, non potest esse propinqua ratio ad operandum. Exemplum,

spoy

species si ponatur principium elicivum operationis videatur in oculo si per se existeret, non posset esse principium illius operationis. Et ratio est, quia non posset esse potentia propinqua ad agendum, quia non posset habere passum approximatum, quia approximatio, ut dictum est prius, requiritur ad rationem potentia propinqua. Sicut autem approximatio requiritur in creaturis, vel amatio impedimento- rum: ita dicitur in proposito, quod requiritur suppositum convenienti ad agendum. Ergo forma, quae est principium actionis in supposito distincto, si esset per se existens, non esset suppositum, nec principium distinctum, nec in supposito distincto convenienti generationi: & ex quo illud suppositum requiritur ad potentiam propinquam agendi, non poterit talis forma per se agere. Essentia autem, si per se existat in aliquo instanti natura, antequam intelligatur esse in supposito, vel persona, in illo priori non est suppositum agens in potentia propinqua ad agendum. Ista enim actio distinctionem requirit aliquorum in illa natura, quae non posset esse nisi suppositorum: ergo suppositum convenienti huius actioni est suppositum distinctum existens in ista natura: in nullo tunc est natura, in quantum intelligitur per se esse, si per se sit aliquo modo, antequam in persona, & ideo non poterit per se agere illa actio.

*Nota* (a) quod tripliciter potest intelligi forma per se esse: uno modo, quod per ly per se, excludatur inesse forme ipsi materia, sive forma accidentalis sive essentialis, vel substantialis: alio modo inesse quidditati, sive naturae ipsi supposito, & hoc actualiter, tertio modo aptitudinaliter, & potentiale, & utrumque inesse. Tertius modus ponit illud, quod sic est per se, esse complete suppositum, & ideo sic accipere in maiori, esse accipere contradictoria: quia forma, quae habenti esse principium quo agitur, non potest sic per se esse agitur intelligitur, per se in maiori duobus primis modis, & sic proba maiorem, quia ad agere non requiritur nisi actualitatis, & per se esse. Primum habetur aequae in forma inherenti, & per se existenti. Secundum habetur sufficienter, si duobus primis modis per se sit. Alioquin anima separata non esset agens. Construatur etiam, quia si natura assumpta a Verbo dimitteretur, absque omni actione positiva circa ipsam, ipsa non esset per se tertio modo: quia tunc esset inassumptiovis ut sic, & tamen hic homo posset agere omnem actum, quem habet modo Verbum mediante ista natura: in uno secundum tertium artic. 1. quod distinct. 1. tertii libri, (b) nihil positum constituit suppositum creatum. Et certum est, quod ratio suppositi nihil dat alicui positi cum ad agendum, sed nec ordinem ad alia passiva fundat, sicut patet per Aver. 7. Metaph. quia idea non posset movere corpus, nec materiam propter defectum ordinis. Contra hoc, quia ordo agens ad passivum consequatur hoc existens, accidit quod incommuni, abilitate. Ideo responderi potest aliter, quod maior est vera, quando forma est activa respectu termini distincti a se: non autem quando respectu ter-

termini indistincti: quia tunc licet possit esse quo suppositum producat, non tamen potest esse producenti, quia nec distinguitur a termino, sicut requiritur ad hoc, ut si producenti, non autem hoc requiritur ad hoc ut sit quo. Planius dicitur, quod maior est vera de actione immanente, & factioe, & universaliiter productione termini distincti a forma productiva: hic terminus est indistinctus a forma qua producit. Contra, si Deitas, vel hic Deus creat: ergo agit illa actione, quae necessario praecedat creare: huiusmodi est generare. Probatio consequenti, & prima, quia quod est omnino primum, non requirit aliquod posterius agere ad hoc, ut ipsum possit in actione sibi propria: hic Deus est aliquo modo prius prima persona relativa: ergo, &c. Hoc argumentum requirit, quod ponatur ordo, quomodo hic Deus, prius est in personis, quam possit, et creaturam propinqua creare: non propter impotentiam huius Dei ad creandam, etiam si secundum imaginationem Gentilium non esset in personis: sed propter maiorem propinquitatem personarum ad essentiam, quam creationis, secundum illam regulam realem, de quibusdam, quae duobus comparatis secundum ordinem ad idem primum, potentia propinqua non est ad secundum, nisi primo posito. Itaque hic Deus primo intelligit etiam non praecit, ut in personis: quia actio essentialis est quasi prius relatione, & ita immediatione omnino primo. Secundo hic Deus est per se existens illimitatum, & in illo signo naturae est primo in tribus personis: illud tamen habet signa originis. In tertio signo naturae hic Deus habet potentiam propinquam ad extra. Itaque negatur minor, quia nunquam Deitas per se est, ita quod non in supposito, nisi apud intellectum. Contra, quod convenit primo ex se formaliter alicui, est aliquo modo prius extra intellectum illo, quod non convenit sibi ex se formaliter. Deitas est omnino prima: quia praecit, & illi convenit ex se formaliter per se esse, non autem ex se formaliter est in hoc supposito relativo: igitur per se est, quam sit in aliquo. R. probatur, quia idem est per se esse trium personarum, quam nihil sit commune tribus, nisi quod est primum essentialiter. C. probatur, quia fundamentum aliquo modo praecit relationem, sicut non ex ratione sua formalis habet relationem: quia est aliquid prae ca. 7. de Trinit. cap. 1. & 3. probatur etiam, quia aliter in quodlibet haberet illam relationem, quia ubique habet illud, quod convenit sibi ex ratione sua formalis.

Ad aliud de quod, & quo, dico, quod illud dictum Philosophi, est verum in causa, & causato: quia ibi est distinctio realis causae, & principii quo causat ab ipso causato: dependentia etiam essentialis est causati ad principium causativum, sicut & ad causam. Et ratio est ibi, quia principium causativum non est nisi unicum in uno supposito. In proposito autem est oppositum: quia suppositum producentis est distinctum, quo autem producit, est indistinctum, & ideo productum non realiter refertur ad principium quo, sicut refertur ad principium, quod producit. Et ideo in proposito non est relatio realis principii



productivi ad productum, sed producantis est relatio realis; principii autem productivi est relatio, rationis, sicut prius dictum est de natura communicante & communicata *distinct. 5. qu. 1.* Ad tertium dico, quod forma secundum quod est illud, in quo assimilatur generans generatam, non est ratio ens rationis, sed habet aliquam unitatem præcedentem omnem actum intellectus: quia nullo actu intellectus existente, ignis generatet ignem, & cornuperet aquam, & hoc propter sui similitudinem naturalem hic, & contrarietatem ibi. Hoc autem magis patebit in questione de individuatione. Ad Damasc. dico, quod intelligit (a) de communicabilitate alicujus unius secundum naturam, & secundum numerum, sicut essentia divina est communis tribus personis; sed hoc modo nulla est communitas realis in creaturis, est tamen communitas alicujus unius unitate mineri, quam sic unitas numeralis. Ad aliud cum dicitur, forma est principium agendi, in quantum est in hoc, concludit pro me, quia illud absolute, quod est Patri potentia generandi, non est potentia generandi Filio. Cum arguitur, quod generatio prius est distinctiva, quam assimilativa, & quod ex hoc forma sit prius elictriva ut *hec*, quam ut forma. Respondeo, quod prius secundum consequentiam non semper est prius secundum causalitatem. Exemplum, sequitur: ignis, igitur calidus; & non e converso: igitur calidum est prius secundum consequentiam, & tamen ignis est prius secundum causalitatem ipso calore. Et ita concedo, quod distinguere est prius in generatione, quam assimilare, id est, communius; quia multa distinguunt, que non assimilant: sed distinguere non est perfectius in generatione, quam assimilare, quia convenit generationi etiam imperfissimæ, in quantum est a forma, ut *hec*; & assimilare, convenit sibi in quantum est a forma absolute, & perfectior est ratio formæ, quam ratio singularitatis. Concedo tamen argumentum contra opinionem ponentem tantum distinctionem rationis; & non concludit contra me: sicut patebit in sequenti dist. Instantia prima de calore, & vegetativa, non valet: quia ibi communicatur utraque forma, & forma principia activa, & immediata. Est enim caro penita animata, & habens calorem generatum aliqualem naturalem. Utraque etiam forma est principium generationis, licet unum modicum aliud immediatum. Sed illa alia instantia de generatione bruti difficilior videtur, si sensitiva non habeat ibi aliquam operationem, sed vegetativa tantum; & de hoc in secundo libro, quando fiet sermo de rationibus feminilibus, (b) quomodo potest esse generatio univoca in animalibus. Utrum in divinis possit esse plures filii.

DI-

a In 2. dist. 3. & q. 1. & infra, dist. 2. q. 2.  
b Dist. 18.

## DISTINCTIO OCTAVA.

Circa istam distinctionem octavam queruntur quinque; videlicet quatuor pertinentia ad primam partem distinctionis, & unum quod pertinet ad secundam partem distinctionis. Et primo quero.

## QUESTIO I.

Utrum Deus sit summe simplex?

Quod non, quia simplicitas non est simpliciter perfectionis: ergo non est ponenda in Deo ut essentialia. Probo antecedens: quia si esset simpliciter perfectionis, ergo quælibet res habens eam, esset simpliciter perfectior non habente, & ita materia prima esset perfectior homine: imo generatior in corruptibilibus & generalibus compositiora sunt perfectiora. Item perfectionis est formæ posse dare esse, licet imperfectionis sit dependere a materia: ergo si prima ratio separaretur a secunda, quia non videtur esse contradictio in tali separatione, potest esse Deitas forma dans esse, licet ipsa non dependeat ab ipso, cui dat esse, & ita potest ibi poni sine imperfectione compositio materię & formæ, vel saltem compositio Dei ut formæ. Item quod uni est non substantia, nulli est substantia, ex 1. *Physic.* sed sapientia in nobis est accidens: ergo in nullo est substantia vel non accidens: (a) sed in Deo est sapientia, secundum eandem rationem, & secundum quam est in nobis: igitur est ibi accidens, & ita compositio subiecti & accidentis. Contra 6. de Trinitate cap. 6. *Deus vere & summe simplex est.*

Ad questionem respondeo, & primo probo simplicitatem divinam per media quædam particularia. Secundo ex mediis communibus, scilicet ex infinitate & necessitate essendi. Primo modo procedendo, ostendo primo simplicitatem oppositam compositioni ex partibus essentialibus: secundo oppositam compositioni ex partibus quantitativis: tertio oppositam compositioni ex subiecto & accidente. Primum sic. Casualitas materię & formæ non est simpliciter prima: necessario enim presupponit casualitatem efficientis prioris: ergo si primum esset compositum ex materia & forma, presupponeret casualitatem causę efficientis: non autem hujus, quia idem non efficit se conjungendo materiam suam cum forma: ergo alicujus efficientis prioris: ergo Deus non esset primum efficiens, cujus oppositum probatum est dist. 2. quæst. 1. Probatio primæ propositionis: casualitas materię & formæ includit imperfectionem, quia rationem partis & casualitas efficientis & finis nullam imperfectionem includit, sed perfectionem: omne autem imperfectum reducit ad perfectum sicut ad

prius

a Text. 26. & inde.